



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

19. Expectatiuis hactenus concessis vti nulli fas esto. Reseruationes mentales, & c. nulli concedantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

p.4. decis.96. num.20. Rot. in Sabina. concursus 6. Aprilis 1609. coram bona mem. Card. Sacro, & in Vrbinaten. Parochialis 12. Februarij 1629. coram R. P.D. Varesio, Ego ipse d.c.2. num.144.

156. Et huiusmodi appellationem à mala electione, siue irrationabili iudicio Episcopi admitti solum ad effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, quia interim propositus appellatione pendente à Parochiali amoueri non debet, ex dicta consuet. Pij V. vers. hac tamen. notant Garc. d. part.9. cap.2. num.236. & 146. adden. ad decis.538. numer.7. Gregorij XV. Ego ipse d.cap.2. num.145. Nisi quando appellatur à sententia Metropolitanæ, seu alterius iudicis appellationis reuocatoria electionis prius factæ ab Ordinario in concursu ad Parochiales, tunc enim dati appellationem ad effectum suspensiuum, & deuolutiuum, resoluunt Gutier. canon. lib.2. cap.11. num.25. Garc. d.p.9. cap.2. num.247. adden. ad d. decis.538. num.8. Gregorij XV. Ego ipse d.cap.2. nu.146. vbi num.147. idem assero quando facto concursu appellatur inter presentatos, vel patronos laicos super pertinentia iurispatronatus.

157. Reiectum in concursu Parochialis posse pronocate prælectum ad nouum examen coram iudice appellationis, etiam antequam doceat de irrationabili iudicio Episcopi, noue & singulariter aduertendum dixi d. cap.2. nu.148. asserens ita fuisse decisum in Vrbinaten. 9. Septembris 1628. & in Reatina 16. Marij 1630. & in Pisana 17. Iunij eiusdem anni, in quibus fuit decretum dandum esse nouum concursum in Vrbe, & ad illam vocandum prælectum ab Episcopo.

158. Alias provisiones omnes, seu institutiones, &c.] Collationem Parochialis factam sine examine per concursum esse nullam, & irritam, & præfatam Parochialem eo modo collatam vacare, eiusque collationem ad Sedem Apost. spectare resoluunt Zerol. d. part.1. verb. Paro-

chia §.2. dub.2. nouissime Aloyf. Ricc. in sua praxi part.4. resol.75. num.1. Rot. decis.151. part.4. diuers. Ego ipse d. cap.2. num.135.

Parochialem sine examine per concursum, vel contra formam positam à Concilio in præfenti collatam non posse in foro conscientie acceptari, aut retineri resoluunt Petr. Nauarr. de restit. lib.3. cap.2. num.350. Salon. 2.2. quæst.5. de dominio artic.4. & ibi Cay. quæst.62. de dominio pag.160. Vasq. 1.2.9.163. Lorca etiam 1.2. dist.21. de legib. ad fin. Burg. de Pace l.2. Tauri à num.1394. Pariad. differ.12. §.1. ex numer.2. Lessi. de iustit. lib.2. cap.19. dub.3. Aloyf. Ricc. d. part.4. resol.75. num.2.

XX Si tamen adeo exigui redditus, &c.] Vide Gonzal. d. gl. 6. nu.139. cum seqq. Aloyf. Ricc. in d. praxi resol.358. Campan. in diuersis Canon. rub.5. cap.3. num.10. Seraph. decis.942. num.10. metipsum d. alleg.60. num.38. & d. cap.2. num.16.

In collatione tenuium Parochialium, quarum fructus ducatos auri de Camera non excedunt, si proposito primo edicto examinis per concursum, nemo comparuerit, fieri debet secundum edictum examinis, sed sine concursu: seruatis tamen temporibus præscriptis à Pio V. in sua Constit. super collatione Parochial. ita refert decisum Garc. d. part.9. cap.2. num.220. in 1. decl.

Beneficia Curata, cuius redditus adeo exigui sunt, vt ea aut nullus idoneus requirat, vel compareant in concursu Præbyteri ita rudes, vt neque vulgarem linguam calleant, sunt conferenda illis, qui inter omnes maioris literaturæ esse cognouerit Episcopus, eisdemque amplius erudiri curabit. Vbi verò ob dominos temporales, vel aliam iustam causam concursus non esset liber, & fructus Parochiales essent pingues, ponendi sunt Vicarij donec conferri poterint magis idoneis, seruata forma Concilij, ita refert decisum Garc. d. cap.2. nu.220. in 2. decl.

Expectatiuis hæctenus concessis vti nulli fas esto. Reseruatiões mentales, &c. nulli concedantur.

C A P V T XIX.

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Expectatiua sunt omnino sublata.

- 3 Collegia non comprehenduntur si expressa non sint.
- 4 Reseruatio mentalis quæ?

Decernit Sancta Synodus, Mandata de prouidendo, & gratias, quæ Expectatiuæ dicuntur, nemini amplius, a etiam Collegijs, vniuersitatibus, Senatibus, & alijs singularibus personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certam summam, vel alio quouis colore concedi, nec hæctenus concessis cuiquam vti licere. ^b Sed nec reseruatiões mentales, nec aliæ quæcumque gratiæ ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias, vel monasteria alicui, etiam ex sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, concedantur, & hæctenus concessa, abrogata esse censeantur.

a Vide sess. 25. cap.9.
b Cap. de conce. præben. & c. de testanda. c. tit. in 6.

- 1. Vide Corraf. paraphrasi benefice. part.4. cap.5. Rebuff. in praxi benefice. tit. de rescript. ad beneficia vacatura, Paul. Fusc. de viciat. lib.2. cap.27. num.3. Gonzal. ad reg.8. Cancell. §.1. proam. num.57. cum multis sequentibus. Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib.30. tract.3. à num.266. Massobr. in sua praxi habendi concursum, prælud.23. in principio, num.10. secundum Lugdunen. impress. Lotter. de re benefice. lib.1. in apparatus num.16. Suar. de Relig. tom.1. lib.4. de simon. cap.33. num.8.
- 2. Expectatiuas esse omnino sublatas etiam si illæ factæ sint de consensu Ordinariorum, refert decisum Gonzal. d. §.1. proam. num.63. vbi num.64. pariter decisum asserit ex hoc decreto expectatiuarum abrogatarum colligi non posse erigi ab Episcopo Canonicum supra numerarium ad futuram præbendam.
- 3. a. Etiam Collegijs, vniuersitatibus, &c.] Quæ minimè comprehenderentur si expressa non forent, vt ait Gonzal. ad reg.8. Cancell. gloss.37. num.22. illorum autem appellatione qui veniant dixi in tract. de appellatione verborum vtriusque iuris significat, appellat.55. & an veniant appellati Barbof. Collect. in Concil. Trid.

tione personæ, latè appellat. 198. num.1. & 9.
Hoc decretum non comprehendit consuetudinem immemorabilem hæctenus obseruatam in Ecclesia Salamantina, & à Pio I V. Motu proprio confirmata & ex certa scientia, in qua extant 24. Canonici, quorum duo postremi præbendam expectant, & antequam vacet aliquis Canonicatus, cuius electio spectat ad Canonicos, eliguntur à Capitulo præcedente licentia Episcopi duo, vel tres expectantes locum vltimi Canonici, siue præbendam vacaturam, ad quem iuxta gradum expectantis denno à Capitulo eligitur vnus, & admittitur præcedente approbatione, & confirmatione Ordinarj, refert decisum Garc. part.6. c.1. num.5.
^b Sed nec reseruatiões mentales, &c.] Vide Massobr. in d. praxi præl.24. dub.1. num.7.
Reseruatiões mentales esse quando Papa reseruabat beneficium vel in specie, vel in genere per Bullam, vel Breue, vt personæ gratè prouideret, quam non exprimebat, sed in mente retinebat, asserit Gonzal. dicit. §.1. proam. num.67.